





G. 27. num. 40

77757

26

9.  
EXERCITATIO IVRIDICA  
DE  
PIGNORATIONE

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MERSEB. CAPITVL. CVRIA

IN PROVINCIA SVPREM. ASSESSORE NEC NON FACVLT. IVRID.

SENIORE ET ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

A. D. VI. SEPT. MDCCCLXXVII.

PVBLINE DEFENDET

CHRISTIANVS CAROLVS WEISSE

TENNSTAD. THVRING.

---

LIPSIAE  
EX OFFICINA LOEPERIA



EXERCITATIO IURIDICA

PIGNO RATIONE

CARTA

PICTORIIS ILLUSTRAV ORDINIS ACTORIATIS

ET ALEXANDRI

D. TUD. GOTTLIEB ZOLLEIRO

COPIA PROLOGO ILLUSTRI CATHARINI MESSER CIVITATIS CAVENS

EXPLANATIONE ET VERSOVAZIA VITAE CONVENTUALIS LAMINA

IN VAD. TOTIO ICTOKUM

ET EQUITATE MEDICÆVA

PARVUS DESSINATOR

CHRISTIANVS CAROLAS ACCES

EXPLANATIONE ET VITAE

EXPLANATIONE

ET VITAE CIVITATIS



§. L

Haud exigua inter Doctores oritur pugna,  
vtrum pignoratio ex legibus scriptis, vel  
ex consuetudinibus, quae vim legis habent,  
sit deriuanda. Iuri Canonico displicuisse  
hunc modum, probat Gregorius X. cap. vn. de Iniur. in  
6to. Etsi pignoraciones, quas vulgaris elocutio repressalias no-  
minat, in quibus alius pro alio prae grauatur, tanquam graves  
legibus et aequitati naturali contrariae, ciuili sint constitutione  
prohibita; ut tamen earum prohibitio in personis ecclesiasti-  
cis tanto amplius timeatur, quanto in illis specialius inhibi-  
bentur, eas concedi contra personas praeditas, seu bona ipso-  
rum, aut quantumcumque generaliter praetextu cuiusvis

## IV

consuetudinis, (quam porius reputamus abusum fore) concessas, ad illas extendi praesenti decreto distinclus inbibemus. Illi autem, qui contra fecerint, aduersus personas easdem pignorationes seu repressalias concedendo, vel extendendo ad eas, nisi praejunctionem huiusmodi revocauerint a concessio-  
 nis vel extensionis tempore intra mensam, si personae singu-  
 lares fuerint, sententiam excommunicationis incurvant, se-  
 vero vniuersitas ecclesiastico subiaceat interdicto. Ius ciuile eandem fouere sententiam, testatur Pomponius l. 40.  
 ad π. legem Aquil. Quamuis inquit alienum pecus in agro suo quis deprehendisset, sic illud expellere debet, quomodo si suum deprehendisset, quoniam si quid ex ea re damnum fenerit, habet proprias actiones. Itaque qui pecus alienum in agro suo deprehenderit, non iure id includit, nec agere illud aliter debet, quam ut supra diximus, quasi suum, sed vel ahigere debet, sine damno, vel admonere dominum ut suum recipiat. Intelligunt equidem nonnulli Interpretes hoc dictum de casu singulari, nempe de inclusione quac sit eo animo, ut includens pecus sibi seruet, et clam dominum habeat, et hic inde negant, quod de pignoratione in genere ICtus ferre voluerit iudicium. Sed haec sententia non meretur adplausum, si tantummodo verba le-  
 gis paulo accuratius perpendere velis. Pomponius enim in vniuersum inclusionem alieni pecoris, quod quis in suo fundo inuenit, prohibet, et domini mentionem tantum ideo facit, ut demonstret, dominum fundi pecora aliena eodem modo expellere debere, quomodo si suum deprehendisset, acturus fuisset. Accedit, quod haec decisio principiis et analogiae iuris omni ex parte conueniat. Nemo enim sibimet ipsi ius dicere potest, sed iudicis auxilium implorare debet. Quippe ex Edi-  
 cto

Acto D. Marci l. 13. n. quod met. caus. optimum est, ut si  
 quas putas habere petitiones, actionibus experiaris, vis  
 enim est et tunc, quoties quis id, quod debet sibi putat,  
 non per indicem reposit. Patet exinde pignorationem,  
 quatenus priuatam vindictam inuoluit, iuri communi pe-  
 nitus fuisse incognitam.

Non solum vero sed etiam  
 in excessu deinceps pignoratio  
 non debet esse nisi  
 in excessu deinceps pignoratio  
 non debet esse nisi  
**§. m. II.** omnino ab eis  
 tenui  
 non  
 Germani vicinaeque gentes, licentiam pignorandi  
 concesserunt, et exercitium priuatae vindictae dummo-  
 do legitime fiat, nec excessus concurrat, tribuere non  
 dubitauerunt. Legibus enim Wisigothorum contine-  
 tur: Si quis Caballum aut pecus alienum in vinea, mes-  
 se, prato vel horto inuenierit, non expellat iratus, ne  
 dum de damno expellit, euertat, sed ad domum suam  
 inclusurus adducat, et dominum Caballorum vel peco-  
 rum faciat certiorem, ut praesentibus his, aut vicinis  
 eorum damnum, quod illatum fuerit aestimetur, et le-  
 ges Burgundionum Tit. 23. l. 1. et 3. disponunt. Qui-  
 cunque animal de messe vel de quolibet damno inclusu-  
 rit, ei vis non fiat; quod lege quoque Salica cauetur.  
 Hinc Speculum Saxonum lib. II. art. 27. disponit, ut  
 is, qui super agrum seminatum plaustro vehit, damnum  
 resarcire teneatur, et si id non fecerit, liceite pignoretur,  
 et Lib. II. art. 20. quilibet arantem agrum suum licite  
 sine indicis licentia, ut eum ad iustitiam faciendam indu-  
 cat, pignorabit: quod etiam probat art. 47. his ver-  
 bis. Qui sua pecora in alterius sata vel gramina immi-  
 serit, damnum resarciet et tres solidos postessori dabit  
 pro emenda. Si iutem dominus pecorum praesens non

fuerit, et pignorantur, damnum si ostensum fuerit, solvat dominus, prout a paganis arbitretur. Putant equidem nonnulli, in hoc textu pignorationem non vniuersaliter, sed tantum certo in casu, nempe si dominus pecoris, quod nocuit, non fuerit praesens, sermonem esse. Sed quamvis non negauerim, duos hoc in textu decisos esse casus, quorum alter de domino praesente, alter de domino absente agit, nihilominus tamen confirmatur sententia, pignorationem priuatam valere, quatenus a domino pecoris, quod nocuit Iesus non confessim consequi poslit restitutionem danni, quod exinde percepit.

## §. III.

Cauta tamen hoc in casu procedendum est, ne dominus fundi fines excedat et auctoritate sibi concessa abutatur, cum alias excessus in pignoratione mereatur reprehensionem, et pignorantem ad damnum refaciendum stringat; quod ut clarius appareat, requisita, quae in actu pignorationis sunt obseruanda, breuiter, legumque dispositione praescripta reconsebimus. Cauendum nempe 1) ut pignoratio fiat in ipso facto. Huc spectant verba des Land-Rechts lib. 2. art. 40. und werden des Mannes Ochsen, Pferd oder Wagen verlummet in der handhaften That, cuius rei ratio non immerito ea esse videatur, quod si iumenta vel pecora de frugibus priusquam expellantur, exierint, utrum ipsa damnum fecerint, ignoretur, et hinc inde cum certitudo danni illati deficiat, satisfactio a domino fundi peti nequit. Cum enim vti in ante-

tece.

cedentibus diximus, conseruandi iuris gratia leges priuatae approbauerint pignorationem, quomodo quaeso dominus fundi, qui quod pecus nocuerit, certe afferere non vallet, damni illati satisfactionem petere, et circa pecus pignorationem retentioni similem, exercere potest. Potiori iuri excessum committere dicimus, ob quem dominus pecoris iniuriam sibi illatam vindicat.

Hac ex ratione non laudo sententiam eorum, qui putant, quod dominus fundi, qui animalia alterius in suo fundo deprehendit, et dum ea vult apprehendere, in aliud fundum aufugerint, possit in continenti perseguendo etiam in alieno fundo capere, praesertim cum eo usque procedant, ut pecora in via sive publica, sive vicinali sint, sive per alios fundos errant, cum ad ea sis, qui damnum passus est, accedat, impune capere et ius pignorationis exercere possit, contendant. Quamuis enim rationem decidendi eas esse velint, quod haec persecutio sit actus priuatus, per quem non violatur iurisdictio, minime tamen exinde defendere possunt decisionem analogiae iuris et naturae pignorationis repugnantem. Leges enim quae hoc remedium concesserunt, potissimum et principaliter ad id respexerunt, ut libertatem agrorum nostrorum vel a praetensa seruitute, vel a damno immunitem vindicemus, et iura quae nobis in ipso fundo, quem possidemus, competunt, defendamus. Quod si itaque intuitu possessionis, quam habemus, pignoratio obtineat, et inter media priuata auctoritate ius quoddam exercendi referatur, in aprico est positum illum,

qui

## VIII

qui in alieno fundo, a cuius possessione excluditur, pecora nocua capit, inique exercere pignorationem et alterum in possessione fundi turbare, quod leges nunquam permittunt. Et quamvis penes Leyserum specim. CXI. Medit. V. responsum extet, quod aduersariorum opinionem tuetur, ipse tamen Leyserus confiteretur, iniquum et iuribus nostris haud conueniens esse responsum, quod uti saepiuscule in collegiis, in quibus dislensus illorum, qui praecipue nouitatis studio delectantur, regnat, contingere solet, suffragiis aliorum superatus, non vero rei veritate convictus elaborauit.

§. V. *Uterius requiritur, vt animali, quod damnum dedit, includatur, et illae sum conseruetur.* Pignoratio enim, quae retentionem inuoluit, solummodo eam ob causam fit, vt domino damnum passio, satisfactio sit salva, et dominum animalis nocui ad resarcendum damnum eo melius compellere queat, hinc inde ex generali consuetudine Germaniae pignorationes pecudis, donec de domino dato satisfiat, permissas esse, optimo iure defendit Koeppen, decis. 21. n. ii. sequent. Quam ob rem non licet pecus in agro, quod quis in suo deprehendit, occidere, sed si id faciat, excessum committit, propter quem contra illum ad resarcendum damnum domino animalis competit actio Maru. P. I. Dec. 34. n. 17. Conuenit hoc regulis interpretandi, quas circa leges et potissimum ius singulare adhibere fas est. Semper enim leges ita sunt interpretandae, quo voluntas earum conseruetur, l. 18. n. de legib. Pignorationem vero esse ius singulare ne-

nemo dubitabit, dummodo considerare velit, contra communem iuris tenorem hanc esse concessam, cum sat-  
tis abunde constet secundum regulas iuris neminem sibi  
met ipsi posse ius dicere. Cum igitur diuturna consue-  
tudine, quae l. 33. n. de legib. pro iure et lege in his,  
quae non ex scripto descendunt, obseruari solet, pigno-  
ratio eatenus solummodo sit approbata, ut dominus  
fundi animal nocivum capere queat, sub illa apprehen-  
sione autem occiso animalis non contineatur, liquido  
constat, peccare contra legem illum, qui dum retinere  
tantum debet animal nocivum, illud pro arbitrio interfici-  
cit. Excipe tamen casum, nisi pecora ferociora sunt,  
quam ut capi, vel pignorari queant, quippe tunc inter-  
nacionem impure fulcitur dominus damnum passus.  
Probant hoc verba Iuris Prouinc. lib. II. art. 40. Frehet  
aber ein Mann seiner Nachbarn Korn ab, oder mit Gän-  
sen, die man nicht pfänden mag, und beißt sie die Hunde zu  
tode, oder verwunden sie, man bleibt es ohne Wandel und  
Schäden, conf. Carpzov. P. II. C. El. XXVII. def. 1.

## §. VI.

Ad defendendam iustitiam pignorationis iure Saxonico quoque refertur, ut animal inclusum a domino qui actum pignorationis exercuit, offeratur et tradatur iudi-  
ci. Dixi iure Saxonico hoc esse necessarium, iure enim germanico aliter se res habet, et cuilibet, qui pignorauit, competit potestas animal nocivum tam diu retinendi, do-  
nec damna et expensae refundantur. Stryck in ej. mod.  
ad tit. si quadrupes pauper, feciss. dicar. §. XVI. Cir-  
ca quod potissimum ad tria est respiciendum 1) ad

B

tem-

tempus intra quod pignus tradendum <sup>2)</sup> ad iudicem cui traditio sit, et 3) ad modum circa traditionem obseruandum. Quod ad primum attinet, nonnullis placet sententia, quod pignus intra viginti quatuor horas ab actu pignorationis computandas, iudici sit tradendum; fed rationem huius asserti penetrare non possum. potiori iure adfirmarem, quod pignus statim et quam primum fieri potest, manibus iudicis sit relinquendum. Textus enim juris Saxonici P. II. Const. El. VII. Es soll aber gleichwohl mit der Pfändung auch gebräuchlich und wie landbräuchlich gehabret, und die Pfände in das Gerichte überliefert werden, indissim ut pignus tradatur iudici, volunt, nec temporis mentionem faciunt. Cum vero lege non distinguente, nec nobis distinctionem addere liceat, interpretationem verbis et menti testatoris contrariam suscipere nesas est, quod eo maiorem primetur applausum, cuius pignoratio, vti in anterioribus demonstrauimus exemptionem a iure communi efficiat, ius vero singulare interpretationem strictissimam desiderat. Cui accedit, quod iura iudici competentia, priuatus suo facto nec auferre nec diminuere possit. Constat vero iure Saxonico P. I. Const. El. XXVII. iudicem, si pignoratus pecora vel alias res redimere contumaciter neglexerit, poenam contumaciae pro singulis noctibus sive pro singulis viginti quatuor horis exigere posse, trinos solidos, verbis, dem Gerichts-Herrn von jeder Nacht, so lange das Pfand ungelöst stehen bleibt drey Schilling Pfennig. Quod si itaque domino fundi competeret facultas animal nocium penes se retinere, vtique patetur praeciducium, si dominus pecoris intra hoc spatium

hec im battaglia de sua de cunctatione in redi-

-tione

redimeret pecus, priuato enim hanc poenam exigere,  
cum non habet iurisdictionem, minime competit.

§. VII.

Quod ad iudicem attinet, requirunt leges competentes, pro quo is habetur sub eius iurisdictione fundus, in quo pignoratio facta, situs est. Huc spectant verba Constat. Saxon. VII. P. II. und die Pfande in das Gerichte darein der Grund gelegen, überantwortet werden. Quanobrem si hoc non obseruet pignorans, poenam luit, quae ob distinctionem personae, an nempe committat hoc delictum extraneus, vel subditus, est diuersa, quod probat Constat. Saxon. VIII. P. II. his verbis: Wenn die Pfande in ein ander Gerichte von dem so nicht Unterthan ist, entführt seyn, so sprechen unsere Schöppen-Stühle zu Abtrag die gesetzte Buß der sächsischen Recht der 30 Schilling Pfennig, und daß er das Pfand in die Gerichte, daraus es genommen, einstellen, und sich solchem niemehro zu enthalten, kostren solle, daß aber ein Unterthan die Pfande aus seines Herrn Gerichte entführt, und derselben Jurisdiction eximiret, derselbige so es in Meynung transferendi iurisdictionem gehan, soll mit ziemlicher Sch-Buße oder Gefängniß gestraft werden. Es möchte auch der Frevel und die Verbrechung so groß seyn, daß der Gerichts-Herr Macht hätte, den Verbrecher zu verkaußen, und sich aus seinen Gerichten, die er ihn entziehen wollen, zu wenden.

B 2

§. VIII.

Quid vero obtinet, si ipse pignorans habeat iurisdictionem in loco, quo pignus captum est, Berlich P. II. Concl. 34. n. 24. Berger. Oeconom. iur. lib. II. T. II. §. 26. hoc in casu exceptionem statuit a regula, et pignoranti ius retinendi pecora nocivæ, impune concedit. Putavit forsitan, satisfactum esse legi, cum animal in manibus iudicis, cuius iurisdictioni subiacet fundus, comprehendetatur, quod Constitutio Saxonica pro forma agnoscit. Sed merito de hac limitatione, quamvis speciem veritatis habere videatur dubito, cuius rei causa duplex extar-gumentum in promptu. Partim enim si domino fundi in quo pignoratio facta, relinquimus pignus, eam in propria causa iudicem constituimus, quod leges nunquam probant. Abstinere enim iudex debet ab omni cognitione, si causa illum et subditos concernat, ita ut nec ipse nec eius iustitiarius ferre sententiam possit, sed potius secundum ord. Sax. recog. T. II. §. 2. acta ad collegium iuridicum transmittere et sententiam hanc inde latam publicare debet. Partim etiam leges expresse id prohibitent. Hinc Imperator Fridericus III. in Reformatione de anno 1442. §. 3. iubet, doch daß er alsdann mit dem Pfanden pfändlich gebähre, also, daß er dieselbe Pfand alle ungeverlich in die nächste Stadt oder Schloß treibe, da ein Gerichte sey, daß weder des, der angreift, oder pfändet, noch des der gepfändet wird, nicht sey. Quod ut probat Const. El. VII. P. II. verbis oder da sie daselbst nicht angenommen, in das nächste Amt darbey gewendet und eingestellt werden. Differit equidem haec constitutio tantum de casu, si iudex, sub cuius iurisdictioni fundus

dus constitutus pignora recipere<sup>t</sup>, recuset, ast nihilominus ob paritatem rationis, legem ad praesentem casum applicandam esse, recte adfirmat *Schaumburg* in *Introduct.* ad *Ius Saxon.* *Sect. III. Exercit. V.* §. 30. p. 1155.

## §. IX.

*Quoad formam necessarium est, ut pignorans animal nocuum illae sum iudici offerat, et excelsum in auferendo pecore non committat.* Quemadmodum enim is, qui pecora, dum capere potest, interficit, peccat, ita pariter ille, qui pecora, non illaes, sed sua culpa corrupta tradit iudici, regulas pignorationis excedit, et ad damnum resarcendum iure adigi potest. In hunc quippe finem pignoratio pecorum et animalium censetur permissa, ut dominus fundi conferuet sua iura et interrumpatur praescriptio, quo facilius dominus eorum in ius vocari et conueniri possit. Quod si itaque abutitur iure concessio et ultra formam praescriptam, beneficium exercet, non de iure agit, sed damnum iniusto modo infert, alteri, quod patrocinium haud meretur, bene tamen restitucionem laesionis, sibi enim tali modo ipse ius dixit, desiderat. *conf. Carpzov. lib. I. Rep. IX. n. 6.* Eadem quoque ratione cauendum est pignoranti, ut non amplius pignoretur, quam pro fine pignorationis opus est. Hinc si quis gregem ouium in loco, ubi ipsi ius non competit passat, non competit domino integrum pignorare gregem, sed tantum tot includere licet oves, quot at resarcendum damnum illatum, sufficiunt quodsi aliter fecerit, animo iniuriandi et vexandi id fecisse constat, et propterea actione conueniri potest conf. *Maev. P. I. Dec. XXXIV. n. 17.*

B 3

§. X.

*... queas coquimboe pectoris teat. X. 2. lecifer, Ag. distomum.*

Hac occasione oritur quaestio, vtrum is, qui seruit  
ritem pascendi debet dominantis pecora, si damnum  
dent, iure pignorare queat. Negatiuam sententiam  
plerique defendere malunt ex l. 5. et 7. C. de Seruit. vbi  
seruiens, si forte dominans seruitutem ultra, quam par  
est extendat, magistratum ad ire iubetur. Sed veriorem  
opinionem habet *Leyser Spec. CXI.* medit. 4. et ad probandam  
causam duobus argumentis vitur, primum in eo consistit,  
quod nempe vnicuique, cui in suo damnum sit, pignora-  
re liceat, alterum, quod ipsum ius Romanum seruienti  
non omnem vim priuatam interdicat, cuius rei causa  
prouocat ad verba Pomponii l. 14. m. si seruit, vindicet  
si cum meus proprius esset paries, passus sim te immittere ti-  
gna, quae anteab haberis: si noua velis immittere, prohibe-  
ri a me potes, imo agere etiam tecum potero, ut ea, quae  
noua immiseras, tollas. Et quamvis bene sciam, legem  
citamat desionem non efficere cum iure Romano pi-  
gnorationes haud valeant, moribus enim Germanorum  
vti ab initio dixi et probavi, dovent natalia, nihilominus  
tamen argumentum praefstat et defendit causam, eius qui  
in possessione turbatur, cuius rei causa pignorationes sunt  
introductae. Hinc Ieli Helmstadienses pronuncierunt.  
Dass Bellagger dasjenige, was ihnen zu erweisen obgelegen,  
und sie sich angemessen, zur Nothdurft erwiesen, derowe-  
gen ihnen die freitig gemachte Ruth-Wayde, und Auftritt  
der Schlacht Hammel. Thiere mit zu erkannt, wobei jedoch  
Klägern die Pfändung und andere rechtliche Mittel auf den  
Fall da ihnen an denen Früchten oder sonstigen Schadenzu-  
gesaget werden sollte vergönnet wird.

CO.

## COROLLARIA I.


Secundum ius civile, nulla seruitus consistit in faciendo, factum enim involuit obligationem personalem, qualem non permittunt iura in re.

## II.

Divisio ususfructus in causalem et formalem ex subtilitate DD. prouenit, nec analogiae iuris respondet.

## III.

Qui modum seruituti praesinitum non obseruat, amittit seruitutem, valet enim regula; qui abutitur iure suo, potius iure est priuandus.



VII

## COROLLARIVI L

Sed cum in his quibus nulli termini continetur in eis  
civis, sicut enim in eis propriae, proprietas civitatis in eis  
dicitur non pertinetur ita in I.

II.

Dicitio Aliud nomen in civitate est terminus ex his  
quibus DD. praesumit nec sequitur hinc subsequitur.

III.

Qui nomen termini proprium non habet  
sunt termini, sicut nulli inter alios; qui nomen  
hunc possunt esse termini.








**ULB Halle**  
005 377 420

3





B.I.G.



EXERCITATIO IVRIDICA

DE

PIGNORATIONE

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MERSEB. CAPITVL. CVRIAE

IN PROVINCIA SVPREM. ASSESSORE NEC NON FACVLT. IVRID.

SENIORE ET ACADEM. DECEMV.

I N A V D I T O R I O I C T O R V M

A. D. VI. SEPT. MDCCCLXXVII.

PVBLICE DEFENDET

CHRISTIANVS CAROLVS WEISSE

TENNSTAD. THVRING.

LIPSIAE

EX OFFICINA LOEPIERIA

